

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Jacob Fabricius Daniel Beckher

De Catarrho, Disputatio Anniversaria

Rostochii: Pedanus, [1623]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729702057>

Druck Freier  Zugang



R.U. med. 1623.
Jac. Fabricius, Prosr.
Daniel Becker, Resp.

xxvii

anab Ma

DE CATARRHO.

DISPUTATIO ANNIVERSARIA,

P R E S I D E

IACOBO FABRICIO

Med. D. & Professore Publ.

R E S P O N D E N T E

DANIELE BECKHERO Dantiscano,

Med. Candid.

Habebitur

In Auditorio Majori

Mensis Martij, die VIII. anni XXIII.



ROSTOCHII

Excusa

Literis JOACHIMI PEDANI.

1623

Domino & Mecanati meo etatēm
colendo, observando:

hancce de Catharro materiam
debitæ gratitudinis ergo
offerō.

DANIEL BECKHERUS
Dantiscanus.





JACOBI FABRICII

Disputatio

DE CATHARRO.

THESIS I.



Requentissimum totius Auctumni & Hier-
mis decursu hisce locis malum fuit C A T A R-
R H U S, à quo paucæ ades immunes; cuius na-
turam & indolem solemnè disputatione investi-
gantes, primo quid isto nomine significetur, de-
inde quid sit, & in quo ejus essentia consistat, quas
causas quibus colligatur, vel ad fluxum moveatur, habeat, qui-
bus deniq; differentijs & signis invicem dignoscatur, explicabimus;
catera ad curam pertinentia breviter subjuncturi.

2. Et quidem varia sibi imposita gerit nomina: quibusdam
enim κατάρρησις, κατάρρηψις, aut κατάρρηψες, alijs πόνησις & πόνη-
σμος, Celso destillatio καταρρέως; Aureliano Influxio, de-
fluxus, Vitruvio gravitudo appellatur.

3. Consuetudine vero quadam hic generi vocabulum spe-
ciei adtribuitur, & C A T A R R H I nomine communiter exprimi-
tur, quævis defluxio ex superioribus locis præcipiti decursu in-
feriora petens, sive hoc per amplos & patentes, sive per occultos
fissos meatus; unde pro varietate partium talem humorem suscipien-
tium varios parit adfectus, variæsq; lortitur nomenclaturas.

4. Præ cæteris autem maximè nobiles, & cuilibet quotidie
obviæ Catarrhi species tres sunt, quæ propria apud Græcos inve-
nerunt nomina, quarum prima, quum in nares liberalius defluat
humor, vel in ijs figitur, κέρυκη, οὐροτήτη κέρυκη, latinis grave-
do, quod frontis partes usq; adeo gravet, ut vix oculos attolleret
queamus, appellatur: Altera βεγχη, οὐροτήτη βεγχη, vel

A 2

vel *Reix*, aut *Bey*, *Xox* & *Beyx*, contingit, si per palatum ex capite dorsum ad fauces, guttur, & asperam arteriam defluit, ac exasperatis autem madefactis nimium istarum partium membranis raukos reddit, lenem interdum cum sereatu simul inferens tussiculam; Tertia est, quum ex ore & fauibus per laryngem & trachejam arteriam ad pulmones & thoracem decumbit, suoq; vehementiore illapsu russim, s^ep^e etiam suffocationis metum inducit, quæ peculiari ac proprio nomine Catarrhus dicitur. Quam distinctionem veteres duobus versibus incluserunt:

Si fluit ad pectus dicitur Rheuma Catarrhus,
Ad fauces Bronchus, si ad nares, esto Coryza.

5. Quum itaq; CATARRHUS vox sit *cn. n. mla-*
xos λεγομένων, una simpliciⁱ definitione describi vix potest: generatim tamen dicetur excrementitus humor, in capite collectus vel receptus, vicio ipsius aut proprio, aut adscitio, vi cauillarum, internarum & externarum, præter naturam ex illo defluens in partes subjectas.

6. Humor iste utplurimum est albus, pituitosus, aut serofus & aqueus: interdum tamen aliorum succorum miscellam habet; unde & quæ per narres emunguntur, aut expiuntur, flaveescunt, virescunt, aliòve colore exeunt, ipseq; mucus sanguineus biliosus, vel melancholicus nominatur.

7. Neque tantum intra vasa, sed & extra illa coacervatur: Isthic: quidem in ipsis extremitatibus eorum, ubi ultima incipit concoctio, atq; inde, ut cruda & invicta materia, aliquando ad capitum externa propellitur, ibique vel subsistit, non raro cum sensibili tumore, & manifesto frigoris sensu; vel adventu magis & fluxilis factus, sub cute, ulterius delabitur ad aures, oculos, maxillas, articulos: aliquando regurgitat & in majora vasa recurrit, ubi similiter vel subsistit, cacochymia & lentarum febrium somes, vel aliò in has & illas corporis partes deponitur, ubi rursus, quod hic est excrementum, variorum morborum causa fit.

8. Extra vasa congeritur in poris cerebri, aut circa membranas, ac vel per certos à Natura destinatos meatus narium & fauicum, vel communes vias, venas & arterias, vel vi factos cuniculos

culos sub cute, in internis capitis & reliqui corporis partibus, du-
ctu descendens spinalis medullæ hinc inde disseminatorum ner-
vorum, continuatarum membranarum, vel paullatim excernitur,
vel majori cum impetu, quaquæ potest, viam facit & defluit.

9. Humoris hujus copiosius geniti caussæ vel externæ snt, vel
internæ. illæ ex sex rerum non naturalium depravato usu dependent;
quorsum & referuntur frequens sub sole apricatio, immoderata ex-
ercitia, crebra & multa sternutatio, crapula continua, potentio-
rum aromatum usus, hypocasta plus justo calida, vel obscura, nec
pellucida, ac secundum Solenandrum candelarum sebacearum in-
gratus odor, pedum refrigeratio, idq; genus alia, quibus cruditates,
& pituitosa serosaq; excrementa, indeq; nati vaporess in corpore
nostro colliguntur, & copiosè sursusmittuntur.

10. Internæ caussæ adscribuntur vel proprio ipsius capitis,
vel adscitio vicio, quale vel alimenti ejus impuritas, vel partis a-
licuius tam mandantis, quam recipientis, aut totius corporis con-
sensus facit & sovet: quorsum & via per quas decurrit, & ipse fluens
humor, ac utriusq; natura referuntur.

11. Ad ipsum cerebrum pertinent primò, Facultatum vi-
cia: ut aviditas attractricis, debilitas concoctriceis, negligentia &
imbecillitas retentriceis, vel & illa viæ præceps vis & imperus
expultricis irritata vel gravata. Secundò, Mala dispositio &
angustia meatuum, quæ contingit vel nimiâ siccitate, ob quam
quibusdam ætate confessis calvæ suturas penitus coâluisse obser-
vatum est, vel infarctu & repleione ab exrementitijs & admo-
dum crassis humoribus; vel primæ conformatiois vicio nativa
arctatione; ne quid de externo frigore, quod similiter ductus istos
ordinarios claudere potest, dicam: quare quæ repurgari debent
& solent, retinentur, ac subinde aucta alibi viam adfectant, aliud-
que malum producunt.

12. Terriò colligitur pituita in cerebro ob intemperiem;
plœrumq; autem frigida est & humida, & vel alterutra seorsim, vel
conjunctim utraq; quæ facit ut alimentum sursum delatum male
oquatur, & phlegmaticæ cruditates copiosius colligantur. Sicca
er accidens concurrere subinde potest, vaporess retinendo, & pro-
cessum atq; exitum eorum prohibendo. Calida similiter humo-

nes fundendo, & vaporum copiam attrahendo. Quarto, ob peculiarem imbecillitatem, vel à minus manifesta causa, vel à præcedentibus aut præsentibus morbis, ipsa etiam continui solutione: etenim non tantum in suo cuiusq; temperamento partium robur consistit, sed, & in ipsorum bene conformitatâ continuitate seu unitate substantia.

13. Quorsum, & faciunt rotunda & cava figura crani; rara, porosa, & mollis cerebri consistentia, quippe illo respectu, instar cucurbitulae attrahere, hoc tanquam spongea humores imbibere dicitur.

14. Proprij alimenti vicio Catarri materia in capite conservatur, quem vel nimia copia Cerebro offertur, vel peregrinis qualitatibus infectum functiones ejus pervertit, idq; tanto citius eveniet, si expultrix langueat. Hærebunt enim ista aliquandiu illa excrementa, & tandem quantitate eorum crescente in cerebri sinus & subdita membra manabuat, vel insito pondere, vel excretis recollecto robore expulsa.

15. Per partis aut totius corporis consensum pituitosi excrementi materia frequentissime cerebrum molestat. Fuliginosi illi halitus, quos ab infra sursum elatos, velut tectum fumosæ domu superimpositum, caput excipit, vel vi caloris attrahit, frigiditas cerebri, tanquam nubes in aere condensantur, tandemq; spirituum calore resoluti, instar pluviae, vicissim in inferiora loca decidunt, & sic perpetuae destillationi suggestum materiam. Fomes autem scatutigo harum exhalationum ut plurimum est ventriculus, Epacambitus, venarum totius corporis, tum imprimit, quem almentum minus dextre coquitur; & quidem Ventriculus peculiariter, si à cibo minus recte claudatur: Epar, si jugi vapore hale Venosum genus, si cacochymico sanguine turget, & totum corpus febrili calore astuet.

16. In parte mandante attenditur situs sublimior & excretis robur, quæ si adfuerit, levi negotio onus suum in subdita Recipientia membra transferet: Quæ & illud tanto citius admittent, humoremq; imbibent, si parte mandante sint inferiora, imbecilia, tum naturæ, ut quæ sunt laxa & molia, tum ex accidentibus, ut à casu, iictu aut alii intemperie.

17. Ra

17. Ratione viarum plurimum etiam facit ad Catarrhi generationem amplitudo & ex necessitate respirationis perpetuo hians apertio laryngis.

18. Fluens humor quoque, prætorquam quod suopte im- petu deorsum vergat, tanto ad fluendum aptior erit, quanto te- nniior: quin si calidæ aut mordacis fuerit qualitatis, excretricem subinde stimulabit, vel si in majori copiâ redundant, eandem gra- vabit.

19. Ab hac Dogmaticorum sententiâ non nisi verbis discre- pant Chymiatri, qui Catarrhum nasci scribunt, quoties mucilago tartarea esculentorum & potulentorum non rectè separatur, sed cum utili succo per Mesaraicas ad hepar, atq; indè in universam corporis œconomiam translata, superveniente salis spiritu coagulatur, & vicissim coagulationis finito tempore in liquores aut vapores resoluta, spirituum mechanicorum indolem immutat, eo- sumq; actiones secundum magis & minus lardit, usq; adeò, ut heterogenea per convenientes ductus exire porro nequeant, sed re- tenta peregrinos generationis seu potius transplantationis fructus, in certis corporis partibus, supra & infra ostendant & proferant, exq; prædestinationis potentia, prout in Tartaro variæ salium spe- cies continentur, variorum affectuum causam suppeditent.

20. Ex quibus omnibus invenire facile est, quare alij alijs in Catarrhum magis proclives sint; & quidem præ cæteris illum- patitur cerebrum frigidum & humidum: deinde intemperatus ca- lidum vel suâ naturâ, vel extraneo & adventitio calore; neq; ab eo sunt immunes, quibus Epar vaporosum generat sanguinem; hu- midum item habentes cerebrum & siccas nares subinde destillatio- nibus vexantur, sapeq; intus sordent, qui foris splendent: quin & illi quibus frigidum & siccum est, non secus ac senes, levi cauſâ destillationibus adſciuntur.

21. Cæterum non unius generis humor est, quem in capi- te colligi & inde vicissim defluere diximus: differt namq; primò materia, & quidem, quo ad ejus consistentiam, est tenuis, aquosus & subtilis, vel crassus & spissus: item crudus vel coctus; quo ad temperamentum primarum qualitatum, calidus vel frigidus; quo ad colorem, albus, flavus, subviridis, vel aliter tinctus; quo ad odo- rem,

rem, sine suctore vel scindens; saporem, salsus, amarus, dulcis seu is, insipidus; quoad occultam qualitatem, alius perniciosus & malignus, alius benignus, qualia & inde nati. Catarrhi sortiuntur non minima.

22. Secunda differentia sumitur a partibus mandantibus & reuocipientibus; quae quibus internae sint & externae, ideo & ipsa destillatio duplex censetur; Interna a partibus sub calvaria positis in interiores corporis sedes, jecur, lienem, ventriculum, intestina, uterum, ita ad omnes corporis particulas prolabitur, inquit, his varia & tunc excitat mala. Externa ab externis, imprimis sub pericranio vel crite verticis positis, quo venarum per faciem & tempora in caput irrepentium extrema desinunt, proruit, omnesque partes pervadere possunt: Distinguuntur autem a se invicem, quod in hac dolor magis sit externus.

23. Tertia differentia sumitur ab accidentibus: unde Catarrhous alias subito irtuens, suffocatus dictus; alias sine periculo & sensim decidit; quidam febrim habet comitem, quidam ei caret; aliis recens est, aliis antiquus: aliis in corpore vel boni habitus & robusto, vel extenuato & debili; in seniore vel juvenc: aliis ulo sine dolore, aliis cum dolore corporis harmoniam turbat. Repercussiuntur etiam Epidemij ex certa communis aeris constitutione, prognatis: Item sporadicæ ex particulari corporis vicio, & sua cuique propriæ diæta exorti, quin & sumuntur diffentia ex modo, quo materia ejicitur: alia enim sine vel cum tussi, alia cum vomitu, alia cum creatu, alia cum simplici expunctione; qui quidem varius modus ita varios quoque ostendit locos, in quos delabitur humor.

24. Ultima differentia a generatione & causa effidente desumitur: unde Catarrhous alias est idiopathicus, alias sympatheticus: quem ille proprio Cerebri vicio, hic ex inferiorum membrorum morbosæ constitutione enascitur.

25. Signa Catarrhi diagnostica sunt & prognostica: quorum illa vel alterum ab altero distinguunt: sic Catarrhum propriæ claviculae comitur & demonstrat salivatio frequentior, eaq; integrata tenuis, in crasso crassa: In coryza, existente crassiore materia usque ad mucosæ obstruitur; si tenuis fuerit, idem perpetuo aquo rincu & tenui humore, nonnunquam acri & urente, ac sapè exulcerante na-

nares stillat: In Broncho adeſt gutturis asperitas, raucedoq; vo-
ſeuſis, & interdum tuffis:

26. Vel arguant imminentem, ut capit is gravitas, oculo-
m hebetudo, ſenſum torpor, pruritus & mordicatio narium:
el fluentem, ut ſcreatus, tuffis, ſternutationes ſæpius iteratae.
re voluntariae lacrumæ, ſputum continuatum: Vel in pulmonibus
hil. un ſubſtentem: Quemadmodum autem quum adhuc eō fluit,
in uetur prurit, & acrimonia ſæpè ardet, frequens tufficula fatigat,
u hil aut tenuē quid effertur: ita cum jam pulmonibus hæret, tarior
ria ſt tuffis, ſine gutturis ardore, & quod educitur, ex imo pectore e-
ute peſit, eſtq; crassius:

27. Vel diſeritatem fluentium humorum indicant: Sie
alidum ſubſeffe Catarrhum oſtendunt, ſi membra fluxionem fuſci-
cientia incaleſcant, facies & naſus rubefcat, frons & caput mani-
ſtò caleant, vel & febris comiterur, idq; tanto magis conſirma-
tum, ſi ætas, temperamentum, habitus corporis, anni tempus,
egio & conſtitutio aëris calida fuerint. Frigidi Catarri signa ſunt,
xcrementorum quantitas major, qualitas minimè mordax, capi-
tus veluti diſtensio & gravedo, citra calorem tamen, aut faciei & o-
ius ulorum ruborem, cerebrum stupidum, ſenſusq; omnes hebetes,
culi turbidi, auditus diſſiciſis, obſtructæ nares, facies pallida, de-
ne iq; totum corpus grave & tardum: quibus adjunge temperamen-
tum frigidum, ætatem decreſcentem, locum habitationis frigidum,
na quoſum & palustrem, tempus anni hibernum: quin & ſi forte frigi-
um præcessit viſtus ratio, & frequentiū horæorum fructuum elus,
dus ita ocioſa ac ſedentaria, tantò minus de frigiditate dubitabitur.

28. Similiter à ſapore vel odore, à colore deniq; & dolo-
ni e signa calidam vel frigidam oſtendentia fluxionem ſumuntur:
no marus ſuim acris & ſalſus ſapor, odor fætens & malus, color
roceus & ſubrubeus, itemq; viridis; uti & nigricans cum dolore ca-
ditatem: acidus, inſipidus ac ſubdulcis, albus abſq; ſalſidine,
igricans ſine dolore frigiditatem innuunt: Id quod ex juvantibus
clædeniibus quoq; non obſcurè colligitur. Huic etiam cruditatis
gna pertinent, ut ſunt albæ, tenues, ſpumolæ, turbidæ urinæ, ſiccæ
ullæ ſine ſputo, durities in glandulis, indiſcuſſi flatuſ circa ven-
ericulum.

29. Præterea & idiomatice signa sunt ac *omnia* *secula*

Et quidem signa Catarrhi per propriam essentiam in capite statuantur, si continuo infestat, neq; reliquarum partium ægritudines ad sint, à quibus somitem habere queat. Per consensum à toto entitatem fluxionem ostendunt totius hocumenta, ut febres, ad quarum exacerbationes augetur; ijsq; recedentibus minuitur, & ablatis plenè tollitur. Ex consensu partium, veluti ventriculi, Epatis & similium existere designat istarum partium lascio, quia aucta similitate augetur, immunita immunitur, & sublati auferuntur.

30. Prognostica signa sunt vel de futuro Catarrho, & sumuntur à causis: Sic ad sanitatis conservationem pertinet, ut qui bene spuat & mungat. Si æstas siccæ fuerit & aquilonia, auctum vero pluviosus & australis, tusses, raucedines atq; gravedines, quibus busdam autem tabes fuit. Destillationibus magis exponuntur quibus subiecto viscere calidore caput naturæ imbecillius est: Vt sunt de magnitudine morbi: ut Leves destillationes neglectæ sunt magnæ: Vel de periculo & eventu, quæ rursus sumuntur vel à causis, earumq; vehementiâ, ut Sæpius invadens Catarrhus pericolo non vacat. Destillatio per propriam essentiam in capite interata nunquam vel raro curatur, vel ab adjunctis, v. g. ærate; Si Raucedines & gravedines in valde senibus concoctionem non admittunt; dolore capitis, ut Catarrhus ægerrime maturescit, si continuo caput dolet: Quin & sumuntur ab eventus tempore! Hin destillationes in thoracem suppurantur intra 14. dies: Quibus add potest, quod qui destillatione capit is laborant, ijs lien minus tamen efficitur, & si quæ id genus alia.

31. Indicationes ab humoris peccantis qualitate, parti transmittentis, meatuum per quos fertur, & partis recipientis inde dilectumuntur. Humor peccans modum evacuationis, atque agendorum ordinem ostendit: crudus enim & tenuis sui concoctionem requirit: acris, salsus aut alterius naturæ, vel alterari, ut expelli possit, præparari debet. Pars transmittens juvanda est illis, quæ calorem natum confortando, materiae illic hærenti vicia corrigant, & quum opus, ejus excretionem promoveant. Ductus præterea, per quos humor exire debet, ita accurentur, quod attenuatum vel abstersum sine molesta adhæsione egeri queat.

Partit

Partis recipientis respectu humor receptus, ut & qui in ipsis vijs adhuc sicut, sui expulsionem postulat: fluxus derivatione & revulsione prohibebitur, ne partibus nobilibus noceat: quamobrem interdum, temporis defectus, & loci defecti ubique inita ratione, repulsione aut fluxus interceptione uti oportet: Quæ omnia tribus istis medendi instrumentis, diæta, chirurgia & pharmacia legitimè peraguntur.

32. Circa diætam obseruetur aer, qui natura vel arte sic temperatus, vel causa existente frigidore, parum ad calidum, aut calidore, parum ad frigidum inclinet, alienus à ventis austriis ac borealibus & nebulis. Cibis sit concoctu facilis, & boni succi, leniter calefaciens vel refrigerans, prout diversa requirit dispositio: à potu vini abstineat; securè vero in defluxu calido bibitur decoctum hordei cum liquiritate, & sem. anisi ac fenic, aromatisatum: in frigido hydromel, aut saccarata aqua, vel vinum dulce, præstoj inclinante morbo. Somnus sit moderatus, nocturnus, inq; cubiculis non humectis. Vigilia item & lucubrations intempestivæ vitentur. Quam ubiq; observandam medlocritatem veteres versus isto suaserunt: Esuriant, sitiunt, vigilent, qui Rheumata curant. Incipiente Catarro *Quæ* magis quam *Motus* convenient; eo declinante, moderata & ante cibum prouident exercitia. Balneum & Venus nulla vel rara. Fugiat tristitiam, sollicitudinem & id genus nimis defectus alios. Singulis deniq; diebus, & quoties opus nares emungantur, legniorg; yenter arte, balanos aut clysteres adhibendo, excitetur.

33. Phlebotomia, non nisi quem caput & jecur servore nimio adficiuntur, inq; calidis & biliosis defluxionibus, ubi febris præsens est, vel imminet, aut vacuatio aliqua suppeditatur, vel pleuritidem aut anginam meruiimus, inq; corporibus plethoricos utimur: extra quos casus sanguinis derractionem, tanquam præsidium majorem cruditatem hic progignens, non suademus.

34. *Fagopyrum* caput fons & origo omnis Catarrhi purgatur, siccatur & roboratur, ut nova materiæ nihil amplius recipiat, cui negotio Universalia & particularia inservient, observato, ut si humores sint frigidi, crassi & viscidæ, prius decocto hyllo-

hyssopi, prassij, melle squillitico, aut simili præparentur: si et lidi, tenues & admodum fluxiles, syr. violato, de papav. melle ros, bolo armen. terra sigill. tragacantho, vel & necessitate flagitante fortioribus, ut laudano opato & similibus adæquentur, sicq; per vices educantur, bechicis etiam, si quid pectori incubuit, tempestivè usurpati.

35. Purgabitur verò corpus in primis Φλεγυαγώγω, & si alius insuper peccet succus, pro ejus indole componetur medicamentum, estque mihi in usu Infusum fol. Senæ vel Turpethi, item Agarici cum cremore Tartari, Mannâ Galabrinâ dulcoratum & albumine ovi defœcatum: quomodo & alia parari, inq; usum medicum fleti possunt. Neq; sine fructu cremor Tartari Spiritu Vitrioli aut sulphuris animatus exhibebitur. Et si unâ purgatione, quod molestat, non exit, illa iterum atq; iterum legitime repetenda veniet.

36. Universalibus præmissis, ijsq; corpore satis vacuato, ad particulares purgationes, Errhina, masticatoria, gargarismos, vesicatoria, sinapismos, quin & quum opus fuerit, ad cucurbitulas scarificatas & cauteria, quorum formulæ & modi apud practicos existant, progredimur: in primis notando, vehementioribus Catharticis plenum cerrebrum non sine periculo commoveri, & sternatoria tantum coctâ materia conferre: potius etiam assuendum emungendis naribus, quam exspuioni, adeoq; masticatorijs & gargarismis non temere utendum esse; quin & Intercipientia & validiora remedia locum non invenire nisi in πηγώδει & ἡμέτεραι Catarro: deniq; in pulmonibus, ex calore partis semper crassescere & lentescere humores, ideoq; semper requirere, quod ad ipsos adhinet, incisionem, adtenuationem & abstersionem.

37. Sudorifera quoq; tempestivè adhibita serum ex venis elicunt, & abundantes succos viscerum exsorbent: pariformites faculis, pulveribus, cucurbitulis siccis, & suffribus humor in vaporem conversis, transpiratione educitur & absumitur.

38. Atq; ita destillationis fonte exinanito, ejus replendi vena præscindatur Confortantibus, tum partis mandantis, tum recipientis ratione, prout materia vel calida vel frigida extiterit, dextro

dextrè ante & post pastum, intus & extus offerendis; præsertim
vero Inunctionibus & Emplastris diligenter ventriculo pròspicien-
dum, ne lubricitate pectoralium medicamentorum, & Catarrhi il-
lapsu lœsus, subinde malum recrudescere faciat, ut facit sàpè.

39. Catarrhus Epidemius ac malignus, prædictis etiam
suo loco non neglectis, diaphoreticis & alexipharmacis potissi-
mum expugnabitur.

40. Coryzam peculiariter emendat suffitus gummi animæ,
& Errhinum liquidum ex Tabaco, quod fortiter attractum pittuitam
ex cerebro magnâ copiâ educit. In Broncho & raucedine Lobelij
syr. de Erysimo, Elect. Rulan. ex zizyphis, item myrrha ore deten-
ta commendatur. In quovis Catharro Nigella & Cuminiū sapientia
odorata conferunt, uti & illorum oleum, oleū item & flores Sulph.
defluxionum materiam discutiunt & absumunt: Succini oleum,
vel Terebinthinæ omni vespere auribus impositum cerebrum con-
fortat & siccatur. Est & in precio aq. Serpilli cum vino destillata
singulis matutinis sumta. Sunt qui radicem verbasci virginis au-
to inclusam & collo appensam à distillationibus corpus præser-
vare scribunt. Laudantur & præclaros effectus præstant Tacamaha-
ca, itemq; Caranna emplasti formâ capiti adhibita.

41. Horsum & faciunt lixivia ex herbis Cephalicis pro
capite & pedibus, quorum etiam plantæ, asperius sale & aceto si-
mul mixtis perfictæ, querino asseri calefacto utiliter adplican-
tur.

42. Alijs, si quæ contingunt, accidentibus, ut capititis
dolori, palati excoriationi, uvulae & gargarionis inflammationi,
gula asperitati, spirandi & vocis difficultati, tufsi, similibusque,
occurrentum remedijs convenientibus, qualia passim apud veteres
& modernos leguntur, undè pro re natâ depromi, inq; usum
medicum legitimè deduci possunt.

COROLLARIA.

I.

Malè morbus hic nonnullis Mercurialis dici-

B 3.

tur,

tur, licet in humoribus essentia ejus consitiat, licet
cerebrum Mercurij regiam occupet.

II.

Recte inter sal natura & sal rei distinguitur,
illudq; principium salinum intrinsecum corporis, hoc
externum in rebus naturalibus censemur.

III.

Ut Sali adscribitur coagulatio, ita & resolutio
illudq; omnia solutionis & coagulationis principia
in se continet.

IV.

Flores sulphuris in Catarrhis, ut & alijs pub
monum vicijs, non solum operantur exsiccatione, sed
& virtute specificâ.

V.

Errant, qui ita aurum dissolvi posse negant,
ut in liquorem abire valeat: corrosivis tamen id ri
ttere cleq; perfici negantur.

VI.

Hallucinantur qui tinturam Corallorum
veram & genuinam ex calcinatis ijsdem elicere de
sudant; quum non nisi tinturam salis Corallorum
sic obtineantur.

B 3

Tantum

VII.

Tantum abest, ut Mercurius præparatione
artificio in venenum abeat, quod rectè Manna
cœlestis, manusq; Dei, ob insigne, quas dextre
adhibitus edit operationes, dici mercatur.

VIII.

Medicus sine Chymia numquam tuto, citò,
Et jucundè plororumq; morborum curam absolve-
re poterit.

T. 9. dñi dōzai.



III

Caro dicitur sanguis et sanguis caro
sanguis dicitur sanguis et sanguis sanguis
sanguis dicitur sanguis et sanguis sanguis

III

Caro dicitur sanguis et sanguis caro
sanguis dicitur sanguis et sanguis sanguis
sanguis dicitur sanguis et sanguis sanguis





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn729702057/phys_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn729702057/phys_0020)

DFG

dextrè ante & post pastum, infus & extus offerent
vero Inunctionibus & Emplastris diligenter ventr
dum, ne lubricitate pectoralium medicamentorum
lapsu læsus, subinde malum recrudescere faciat, ut

39. Catarrhus Epidemius ac malignus,
fu lo co non neglectis, diaphoreticis & alexiph
mum expugnabitur.

40. Coryzam peculiariter emendat suffitū
& Errhinum liquidum ex Tabaco, quod fortiter at
ex cerebro magnā copiā educit. In Broncho & r
syr. de Erysimo, Elest. Rulan. ex zizyphis, item n
ta commendatur. In quovis Catharro Nigella & C
odorata conferunt, uti & illorum oleum, oleū ite
defluxionum materiam discutiunt & absument:
vel Terebinthinae omni vespere auribus impositu
fortat & siccet. Est & in precio aq. Serpilli cu
singulis matutinis sumta. Sunt qui radicem verbi
ro inclusam & collo appensam à distillationibus c
re scribunt. Laudantur & præclaros effectus pra
ea, itemq; Caranna emplaſtri formā capiti adhibi


41. Horsum & faciunt lixivia ex herbi
capite & pedibus, quorum etiam plantæ asperiu
mul mixtis perfictæ, quercino asperi calefacto i
tur.

42. Alijs, si quæ contingunt, accider
dolori, palati excoriationi, uvulae & gargarioni
gulæ asperitati, spirandi & vocis difficultati, tu
occurendum remedijs convenientibus, qualia p
res & modernos leguntur, unde pro re natâ depr
medicum legitimè deduci possunt.

COROLLARIA.

I.

Male morbus hic nonnullis Mer
B 3.



the scale towards document